

17

Ὁ εἰρημένος Μάρκος Ἐριτσος νὰ ἀποδώσῃ καὶ πληρώσῃ ὑπέρπερα 1052 εἰς διπλοῦν συμφώνως πρὸς τὴν ἀπόφασιν καὶ νὰ στερηθῇ ἐπὶ πενταετίαν τῶν συμβουλίων, ὁφφικίων καὶ διοικήσεων τῆς κοινότητος Βενετίας καὶ τῶν κτήσεων αὐτῆς. 1341, Ἰουλίου 12.

Fo 116^{to} Die dicta.

Quod dictus ser Marcus Erizo restituat et soluat yperpera mille quinquaginta duo in duplum, secundum formam consilij, et priuetur quinque annis, consilijs, officijs et regiminibus comunis Veneciarum intus et extra.

5 270, — non sinceri 36.

Ego Petrus Gradonico manu mea subscripsi

Ego Raynerius de Musto manu mea subscripsi

Ego Paulus Mudazo manu mea subscripsi

Ego Marcus Maurozeno manu mea subscripsi

10 Ego Raphaynus de Caresinis notarius curie suprascriptum processum, de mandato prescriptorum dominorum ad hec constitutorum, cancellaui.

18

Περὶ αὐξήσεως τῆς μισθοδοσίας τῶν ρεκτόρων. 1341, Ὀκτωβρίου 18.

Fo 117^{to} Millesimo trecentesimo XLI, die XVIII Octubris.

Cum nostri rectores habeant tale salarium, quale habebant tam longissimo tempore, de quo non est memoria, et expense regiminum sint satis maiores quam erant antiquis temporibus et iustum sit super hoc debite prouidere; capta fuit
5 pars, quod eligantur in maiori Consilio quinque sapientes, qui uideant et examinent salaria dictorum rectorum regalias et omnem utilitatem prouenientem occasione dictorum regiminum, examinando eciam expensas et onera ipsorum; et si uidebitur eis de faciendo aliquibus regiminibus addicionem aliquam salarij, faciant
10 poni in scriptis suum consilium, et cum eo uenire debeant ad dominum Ducem, et consiliarios et capita de XL et cum eo, quod uidebitur predictis domino Duci, consiliarijs, capitibus et quinque sapientibus, uel maioris parti eorum, ueniri debeat ad maius consilium et fieri et firmari, sicut uidebitur dicto Maiori Consilio et expediant se dicti sapientes de suo consilio usque ad unum mensem, postquam erunt electi, sub pena sacramenti. Et consiliarij et capita sub simili pena sacramenti
15 non possint amplius elongare eis terminum sed teneantur per sacramentum ipsi consiliarij et capita infra terciam diem postquam sapientes erunt expediti uenire ad maius Consilium cum eo quod consultum fuerit per antedictum colegium, et ibi fiet, sicut uidebitur. Et si videretur ipsis sapientibus quod aliquis nostrorum rectorum quibus solvitur salarium per terras ad quas vadunt rectores non haberet



competens salarium, habeant libertatem consulendi de addendo eis salarium si 20
poterit obtineri ab ipsis terris. Et si hoc fieri non posset possint consulere, si eis
videbitur, de addendo sibi salarium de bonis comunis Veneciarum seruantibus
sapientibus de veniendo ad dominum Ducem, consiliarios et capita, ut dictum
est supra, et alia omnia debeant obseruari in veniendo ad maius consilium ut
superius continetur. Verum non possint dicti sapientes se intromittere de comu- 25
nitatibus Sclavonie et de rectoribus Trivisane. Et simili modo teneantur dicti
sapientes examinare salaria et utilitates officialium Venetiarum de intus de
addendo vel minuendo. Et super hijs suum consilium ponant in scriptis, cum
quo veniant ad dominum Ducem, consiliarios et capita servando formam, et
ordinem de veniendo ad maius Consilium, et de terminis mensis et trium dierum, 30
ut superius est expressum, et cum condicionibus antedictis. Et si consilium vel
capitulare est contra sit revocatum quantum in hoc.

Die XII Octubris capta fuit in XL ubi fuerunt date balote—30.

Et fuerunt de parte—16, de non—14, non sincere—0.

Die XVIII Octubris capta fuit in maiori consilio ubi fuerunt de parte—235, 35
de non—127, non sincere—36.

Sapientes		ser Bertucius de Canali, ser Rapheletus Geço, ser Johanes	38
		Mocenigo, ser Johanes Sanuto, ser Nicolaus Mauroceno.	

19

Ἐπειδὴ οἱ ταμίαι Κρήτης ἔχουσι μισθὸν 200 μόνον ὑπέρπυρα ἐτησίως, πληρώνουσι δὲ δι' ἐνοίκιον
ὑπέρπυρα 12, ἀποφασίζεται ὅπως αὐξηθῇ ὁ μισθὸς αὐτῶν τοῦ λοιποῦ κατὰ 20 σολδία γροσίων
ἐτησίως. Τὴν αὐξήσιν ταύτην θὰ ἔχωσιν οἱ μέλλοντες νὰ ἐκλεγῶσι ταμίαι. 1342, Μαΐου 12.

Fo 121^{to} Millesimo trecentesimo XLII, die XII Maii. 1

Cum camerarij Crete non habeant de salario, nisi yperpera CC in anno; et
habeant pro affictu domus yperpera XIJ; capta fuit pars quod addantur eis dece-
tero de salario soldi uiginti grossorum in anno, quam quidem additionem habeant 5
tantum camerarij de cetero eligendi.

20

Πρὸς ἔγκρισιν ὑπεβλήθησαν εἰς τὴν καγκελλαρίαν Κρήτης οἱ διορισμοὶ τοῦ Νικολάου Γκέτσιου
καγκελλαρίου Χανίων τοῦ Δονάτου Φραγκανέσκου νοταρίου τῶν ταμιῶν Κρήτης καὶ τοῦ Μάρκου
Τάντη τοῦ πτ. Κου Τάντη καγκελλαρίου τῆς μεζονος καγκελλαρίας τῆς Βενετίας, οἵτινες ὑπῆρξαν
κάτοικοι Κρήτης, τυχαίως δὲ ἕκαστος τούτων κατέχει τιμάριον ἐν Κρήτῃ. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἀπαγο-
ρεύεται εἰς τοὺς καγκελλαρίους Κρήτης ὑπὸ τοῦ καπιτουλαρίου των, ἀποφασίζεται ὅπως ἐὰν ᾔθελεν
ἐκλεγῇ καγκελλάριος, κατέχων τιμάρια τὰ ὁποῖα δὲν ἐπιτρέπει τὸ καπιτουλάριόν του, ὑποχρεοῦται
νὰ ἐγκαταλείψῃ καὶ ἀπαλλοτριώσῃ ταῦτα, ἐντὸς ἔτους εἰς πρόσωπον μὴ συγγενεῦον πρὸς αὐτόν,

